Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lebat spm in infirmitate annis decem et octo. et erat inclinata. nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum uidisset dns. uocauit eam ad se. et ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: et continuo erecta est. et magnificabat deum. Respondens autem archysynagogus. indignans. quia sabbto curasset ihs. dicebat turbe. Sex dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo venite et curamini. et nolite in die sabbati. Rendit autem ad illum dns et dixit. Hypocrite. unusquisque vrm sabbto non soluit bouem suum. aut asinum a presepio et duxit ad aquare? Hanc autem filiam abrahe quam alligauit satanas. ecce decem annis et octo. non oportuit solui a uinculo isto die sabbti? Et cum hec diceret. Erubescebant omnes aduersarii eius. Et omnis plebs gaudebat super uniuersis que gloriose fiebant abeo. Dnica xvnj. Ad Corinth.

Fratres: Gratias ago deo meo semper pro omnibus uobis: in gratia dei que data est uobis in xpo ihu: quia in omnibus diuites facti estis in illo. in omni uerbo. et in omni scientia. sicut testimonium xpi confirmatum est in uobis. ita ut nichil deest uobis in ulla gratia expectantibus reuelationem dni nri ihu xpi. Qui et confirmabit uos usque in finem. sine crimine: in die aduentus dni nri ihu xpi. Malthe.

In illo t: Accesserunt ad ihm phariseei. et interrogauit eum unus legis doctor. temptans eum. Magister quod est mandatum magnum in lege? Ait illi ihs. Diliges dnm deum tuum ex toto corde tuo. et ex tota anima tua. et in tota mente tua. Hoc est maximum. et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis: universa lex pendet et prophete. Congre